

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Gesta Romanorum - Cod. Donaueschingen 148

Mittelbairisches Sprachgebiet, [um 1460-1465 und um 1475-1485]

Vorderdeckel

[urn:nbn:de:bsz:31-36696](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-36696)



Cotta

ce magna. **O** bone iesu si te crucifigi peccatis meis. matrem tuam tu semper honoravi. Ieiunauerat enim omni sabbato ad honorem beate virginis marie. Cumque sic exclamaret audiuit vocem iesu dicentem matri oranti. ecce mater. dedi eum tibi et factus est. qui postmodum venditis omnibus suis restituit ablata. et ingressus claustrum ubi deo seruiuit et beate virgini usque ad finem vite sue.

Quam magna salus et gratia latuit in rosario domine nostre marie. hoc patebit per sequens scriptum. **E**xemplum. c.

Fratres quidam ordinis carthusien. dei et eius genitricis amore compulsi. unum ad fidelium deuotionem frequentandum composuit rosarium. gloriose domine nostre sancte marie. quod magis in illo salus et gratia lateret. et maior quam huc usque sciuimus. quidam enim de prioribus qui obierunt anno domini. M. cccc. xxxj. in domo treuerensi. carthusiensium ordinis. in scriptis reliquit qualiter unus eorum qui se in eodem rosario exercere consuevit. deductus fuit in spiritu usque ad empiricum celum. ubi inter multa archana que audiuit et vidit etiam clarissime vidit quod idem rosarium presentabat. spectui altissimi. et qualiter beatissima virgo maria cum virginibus suis. omnes sancti angeli. et sancti vniuersi qui ad celum venerunt ab adam usque ad illud tempus. omnes accesserunt et omnipotenti deo gratias egerunt. et benedixerunt pro illius rosarii sanctis exercitiis. que fiunt circa illud in celo et in terra. et orauerunt pro cunctis religiosis et deuotis hominibus qui se in illo exercent. ut gratia et pax eis adiungatur in terzis et gloria accrescat in celis. **I**tem vidit et audiuit quod predicti omnes sancti et angeli dei. ipsum rosarium deuotissime decantabant cum suis meditationibus. ad dentes ad quolibet meditationem seu clausulam. vice iesu christi ibidem additam alleluia iocundissimo cantu. quoties enim nomen beatissime virginis marie ibi notabatur humiliter se inclinabant. Ad nomen vero iesu christi genua deuotissime singuli flectebant. iuxta dictum apostoli. In nomine domini nostri iesu christi omne genu flectatur celestium terrestrium et infernum. **D**ictum etiam fuit illi clara et apta allocutio. quod quocumque

quis dictum rosarium compleret cum suis meditationibus adiunctis. toties plenam omnium peccatorum perciperet remissionem. **V**idit etiam innumerabiles pulcherrimas lucidissimas immarcescibiles ac odoriferas coronas. que reseruantur hijs qui se exercent deuote in eodem. et toties addit illi homini corona. quoties quis sanctum hominem ad laudem dei et eius genitricis fecerit seu dixerit. **I**dem talia non semel sed pluries aliquando una die gaudia ista celestia vidit et audiuit. **E**t quoniam etiam in corpore consolationem magnam ac confortationem percipere solebat. semper quod se in ipso rosario deuote exercere poterat. **E**t licet se in suis scriptis non nominauerit. ipsum tamen eundem qui hec scripsit fore minime dubitamus. **T**alis enim conuersatio fuit inter fratres. tante deuotionis. patientie litterature gratie et fortitudinis etiam in corpore licet rigidus vixerit quod per cunctis ceteris merito homini meruit habere reuelationes. **S**ic tamen eadem que diuinitus cognouit prudenter occultare sciuit. ut communi firmiter questionati singularitatem non ostendit. sed solatiofus et consolatiofus cunctis exiit. **R**ursum igitur deuotissime supplicamus dei et sue genitricis amatoribus. quatenus ut optant in celis sancti se in prenotato deuote exercent rosario. et alios doceant. atque diuulgent hominibus tam litteratis quam laicis. lingua latina atque diuulgari ut tanto laus dei et gaudium sanctorum crescat. quatenus illis hoc placet si diffusius fuerit deuotis intimatum hominibus.

ExPLICIT opus discipuli de miraculis beate marie virginis

g b i 2 l m n o p q

mar. l. m. h. y. j.

